

1774, 2
A7

DISSERTATIO INAVGURALIS

DE
**PRIVILEGIO MEDICORVM
CREDITORVM IN CONCVRSV**

Q V A M
RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO
D O M I N O
CAROLO AVGUSTO
DVCE SAXONIAE, IVLIACI, CLIVIAE MONTIVM,
ANGARIAE ET GVESTPHALIAE RELIQVA
EX ILLVSTRIS IVRISCONSVLTORVM ORDINIS

D E C R E T O

P R A E S T A T U S
CAROLO FRIDER. WALCHIO

IVR. DOCT. AC PROF. PAND. ORD. SFR. DVCIS SAX. GOTHANI AC
ALTENBURG. A CONSILIIS AVLICES, CURIAE PROVINC. COM.
SCAB. COLLEGII ET IVRISCONSVLTORVM ORD. ASSES. SOC. LAT. IE-
NENSIS EPHORO ATQUE ALIARVM SOC. LITT. COLLEGA

PRO LICENTIA
SVMMOS IN IURE HONORES CONSEQUENDI
DIE XXVIII. SEPT. CIO IO CCLXXIV.

PUBLICAE ERVDITORVM DISQVISITIONI SVBMITTIT

A U C T O R
DANIELIS HENR. HASENTIEN
LVBECENSIS.

I E N A E
LITTERIS HELLERIANIS.

DISSERTATIO INIVERSITATIS

PRIUATEGIO MEDICORUM
CREDITORUM IN CONCURSA

ACADEMIE MAGISTRAE ETENSIMO
SERVITIIS PRINCIPALIUS DOMINO

CATOLICO AUGUSTO

DAVIDO ZORNICO MORTVAM
EXULTANS IN CONVENTORIUM ODIS

CAROLOPETRIMATICIO

DAVIDO ZORNICO MORTVAM
EXULTANS IN CONVENTORIUM ODIS

LIBERAES R. I. CIVITATIS LUBECENSIS
SENAT VI
S P L E N D I D I S S I M O
PERILLVSTRBVS, MAGNIFICIS,
IVRISCONSVLTISSIMIS, GENEROSISSIMIS,
PRUDENTISSLIMIS, AMPLISSLIMIS
D O M I N I S
C O N S V L I B V S
CANONICORVM ORDINI
P R A E P O S I T O
S Y N D I C I S
S E N A T O R I B V S
P R O T O N O T A R I O
S E C R E T A R I I S Q V E
P A T R I A E P A T R I B V S
B E N I G N I S S I M I S
M A E C E N A T I B V S G E N E R O S O S A N G V I N E
M E R I T O R V M G L O R I A P R A E C L A R I S
DOMINIS ET PATRONIS
OBSEQVIOSE DEVENERANDIS

HANC DISSERTATIONEM IN AVGVRALEM

PIETATIS AC REVERENTIAE GRATIA

SUBMISSO OFFERT.

TANTORVM NOMINVM

DANIEL HENRICVS HASENTIEN.



ds operis suorum. et medicorum morborum et sanctorum
Chirurgie et hystoriarum. Quia medicorum et sanctorum et
zoologio emporum malorum. Quia apothecariae et pharmaco-
logie. et aliorum artium. sicut. iuris. et heraldicae. et aliorum
etiam in variis medicorum et sanctorum hystoriarum. et de
curis. et sanctorum. et aliorum. et aliorum. et aliorum.

§. I.

De vario significatu medici ex iure romano.


Erat iure romano antiquo tam lata vocis medici-
nae significatio, ut non solum sub illa com-
prehenderent romani curam morborum in-
ternorum sed et externorum, quam chirur-
giam nominabant. a) Postea vero diuersa medicorum
genera pro diuersitate morborum oriebantur, et quilibet
singularem sua scientiae partem praecipue colebat, quia
vnius hominis vitam ad plenam artis salutaris cognitionem
vix sufficere existimabatur. b) Varios morbos speciales
habuisse medicos, apud alios quoque antiquitatis populos
testatur HERODOTVS c) his verbis: *Medicina apud eos
hunc in modum est distributa, ut singulorum morborum sint
me-*

A

me-



medici, non plurium. Itaque omnia referta sunt medicis.
Alii enim sunt oculorum, alii capitis, alii dentium, alii
alii partium, ali morborum occulorum. Consuetudo haec
ab aegyptiis ad graecos videtur transisse, a quibus eam
aceperere romani graecorum imitatores. Fuerunt itaque ab
eo tempore medici ocularii, d) dentarii e) auricularii f)
obstetrices g) ceterique. Quosdam quoque Clinicos
dictos fuisse legimus, a graeca voce, ιλυη lectum. h)
Quae vero romanorum opinio, qua nimurum artem saluta-
rem separabant, effecit, ut qui vnam solum huius artis
speciem profitebantur, nominis medici digni tantum sunt
iudicati. Intelligi hoc potest ex verbis Martialis. i) Ita
enim inquit:

*Totis, Galle, iubes tibi me seruire diebus,
et per Auentinum ter quaterque ire tuum.
Eximit aut reficit dentium Casselius aegrum,
infestos oculis uris Higyne pilos,
non secat ac tollit stillantem Fannius vuam,
tristia seruorum stigmata debet Heros.
enterocelarum fertur. Podalirius Hermes.
Qui sanet ruptos die mihi Galle quis est?*

Eo igitur tempore varios fuisse medicos eorumque nume-
rum satis amplum fuisse, ex allatis facile poterit diiudicari.

Quor-

Quorū et pertinet medicinae scientia Publ. Decimi
P. L. Erotis Merulae et Claudii. k)

a) Vid. Leg. I. §. 3. D. de extraord. cognit.

CONF. BRISONIVS de verborum significacione. Lib. XI. p. 810. et
in select. iur. civil. antiquitatibus. Lib. II. Cap. IV. p. 89. seq.

LAVENTII variae antiquitates eruditorum. L. II. Diff. XXI.
P. 128.

PITISCI Comment. ad Sueton. in Vespas. c. 5. p. 951^o

HVEBERI praelectiones ad tit. instit. de Lege Aquilia §. 3. p. 455
et ad tit. de extraord. cognit. §. 2. p. 750.

b) Chirurgorum mentionem facit Paulus in L. 18. §. 10. D. de instructio
vel instrumento legato his verbis: *In instrumento medici esse, coll
gia, emplastra, et caetera eius generis (namque ferramenta et ap
paratum omnem ad conscientia medicamenta.)* Quam et memoriam
medicorum chirurgorum seruarunt antiquae tabulas, quales
illa est Celadi Antinoi Drusi Medici et Chirurgi vid. PIGNORIVS de
feruis. p. 71. GRVTERI Inscript. Tom. I. p. 581. Inscr. I. apud
quem multi extant lapides de his medicorum generibus. Grae
ca altera T. Aelii Asclepiadis Augusti Liberti in GRVTERI In
script. T. I. p. 335. Inscr. I.

c) HERODOTVS Euterpe c. 84. edit. GRONOVII p. 120.

d) Vid. WESSELINGIVS in obs. de veterum medicis oculariis
Vol. III. actor. societ. lat. Jenens. p. 48. et in antiquis titulis de
medicis oculariis non infrequens sit mentio, cuius generis est
ille Q. Clodii et Q. L. Nigrū sicut ex REINESII Syntagm.



Inscr. Cl. XI. *Inscr. VIII.* p. 611. illustris Celadiani apud **PAT**
TISCVM in *leg. aut. rom.* T. III. P. II. *Inscr. VI.* nec non *Q.*
Colii, Q. L. Nicomedis sex viri quem exhibet **GRVTERVS** *Inscr.*
T. I. p. 410. *Inscr. VIII.* item *Publ. Numitorii*, p. L. Ascle-
piadis sex viri *ibid.* p. 443. *Inscr. IV.* Cn. Helvii, Cn. Lucii
Jollae p. 634. *Inscr. II.* atque Siliceti medici ab oculis p. 635.
Inscr. III. aliorumque. Vid. *SPOON.* *Miscellan.* *Erud.* *Antiq.*
Sc&T. X. p. 143. *MALVAS.* *Marmor.* *Felsin.* *Sc&T. V.* c. I.

e) Vid. *L. I.* §. 3. *D.* de *extr.* cognit. et *SVENTON.* in *Vespas.* l. c.

f) Vid. *L.* cit. l. cit. et *MENAGIVS* amoenitates iuris ciuilis
Cap. XXXV. p. 228.

g) Vid. *L. cit.* §. 2. et *L. 9.* pr. *D.* ad *L.* *Aquil.* *ANIANVS* in
Interpr. Pauli recept. sent. Lib. II. T. 24. §. 8. *Obstetrices*,
inquit, *medicae ventrem tubentur inspicere*. Et in antiqui acui
reliquis saepius *obstetrices* *medicae* vocantur vid. *SCHVLTIN.*
GII *notae* ad *Anian.* l. c. p. 345.

PITISCI Lexic. *antiq.* *rom.* T. I. p. 175. **BARTHOLINV** de
ritu puerperum. p. 37.

b) Vid. **PATISCVS** Libr. cit. T. I. p. 470.

i. A. *BOSII* de *clinicis veteris ecclesiae.*

HORATIVS Lib. I. Sat. I. p. 80. seqq. qui officium eorum medi-
corum bene depingit, his verbis:

At si condoluit rientatum frigore corpus
Aut aliis casus lecto te affixit: babes qui
Affideat, fomenta paret, medicum roget, ut te
Suscitat ac reddit gnatris carisque propinquis.

i) *Libr. XI epigr.*, 57. al. 50. p. 721. edit. Raderi.

k) Vid. REINES. *Libr. cit. Claff. XI. Inscr. VII.* p. 611. qui et meminit Tib. Claudii Iul. medici, clinici et de P. D. Erosis Merulae vid. GRVTERVS T. I. p. 400. *Inscr. VII.* a quo et Iuliae Quintianae seminarie clinices sit mentio in Corp. inscript, T. I. p. 635. *Inscr. X.*

S. II.

De statu medicorum tempore romano antiquo.

Permuli ex scriptoribus antiquis contendunt, Romanos per annos sexcentos medicis curuisse, a) donec primus auctor introductorque huius artis salutaris existimat, Archagatus scilicet, filius Lysaniae, qui ex Graecia urbem appulit, magnoque in honore ab initio fuit habitus; postea vero quum Romani viderent, igne illum ferroque vulnera curare, omnes fere contra eum grauiter commouebantur. Sic multi referunt. Locus quoque apud PLINIVM b) inuenitur, ubi : Caſſius Hemina, ait, Archagathum Peloponnenſem Lysaniae filium, pri- mum L. Aemilio et M. Liuio Coss. ao. verb. 535. Romam venisse, et iure Quiritium consequito, tabernam in com- pito Acili ob artem commodius ac publice exercendam emisse. Vulnerarium eum vocatum, mireque gratum ab initio eius fuisse aduentum tradunt; mox vero a faeuitia



secandi vrendique nomen hoc cum voce carnifcis commutatum, omnemque artis salutaris cultorem despectui fuisse habitum vulgo creditur. At licet hoc contendant scriptores coaeui, probari tamen non poterit, Romanos ad annos sexcentos omni caruisse medicina, illosque ante *Archagathi* aduentum in ea arte plane rudes, aut per reprobationem methodi ipsius curandi totam medicinam apud Romanos fuisse reprobatam, c) sicut alii ex Catonis Censorii facto perhibent, qui quum videret, illius scilicet *Archagathi* curandi methodum forsitan ex necessitate exhibiti in vrendo secandoque consistentem, grauiter increpabat Romanos, improbabatque eorum crudelitatem, simul autem filium hortabatur, ut caueret sibi a medicis graecis, qui in Romanorum caedem conspirasse. d) At tamen illud solum de iure statui potest; *Archagathum*, et cum eo medieina ob saeuam curandi methodum, non tamdiu retinuisse honorem et applausum. e) Tandem non multo post *Asclepiades Prusensis* aetate Pompeii ac Mithridatis Romae surrexit, honoremque debitum restituit arti salutari. f) Quum enim ipsius curandi methodus multum differret a modo *Archagathi*, et *Asclepiades* veteretur medicina facili et suavi aegris nullum incommodum afferente, nimirum abstinentiam, frictionem corporis, ambulationem, gestationes et balnea, hicce sane methodus maximam ipsi comparauit laudem atque auctoritatem.

Fuit
ita-

7

itaque ille *Asclepiades* verus apud Romanos isque primus restaurator ac propagator artis salutaris, cuius honorem stabiluit, omniumque in se applausum concitauit. Soller-
tia huius in propaganda satis laudabiliterque quaesita, plu-
res allieuit discipulos praeceptore haud indignos; quor.
sum refero *Iulium Bassum*, *Petronium*, *Diodotum*, *Sextium Nigrum*, et celebrem *Antonium Musam*, exinde no-
tandum, quia ope balnei frigidij, restituit sanitatem Imper-
atoris Augusti, eamque ob causam aurei annuli priuile-
gium a principe est consequutus. g) Ex hoc tem-
pore quidem putarunt, omnes medicos conditione ser-
vili laborasse. h) Alii mixtum fuisse genus medicorum
existimant, ita, ut pro parte ingenui et libertini, pro parte
vero serui fuerint. i) Quae vero ultima opinio de statu me-
dicorum romanorum quia cum antiquitatibus romanis ut
et legibus Romanorum quam maxime conueniat, tunc
temporis nempe mixtum genus medicorum fuisse, proba-
bile est; nec sum destitutus ratione. Argumenta enim CA-
SABONI, k) quem secuti sunt DRELINCOVRTIVS l)
et cel. SPONIVS m) caeterique demonstrant, fuisse
quidem apud Romanos seruos medicos, minime tamen
inde concludi posse, omnes medicos servilis fuisse condi-
tionis, potius multo cum iure contendit poterit, magnum
numerum medicorum ingenuorum honestissimae et origi-
nis et conditionis Reiae habuisse domicilium. Postquam
enim

8

enim ars salutaris apud Aegyptios admodum exulta ad Graeciam fuit translatā, nonnulli inter graecos extiterunt viri, qui hancē artem ab Aegyptiis apprehensam ad Romanos deuoluebant, et primus illius artis promotor fuit supra allatus *Archagathus*. Cuius vero honos quum ob saeuam eius curandi methodum non longe durauit, *Aesclepiades Prusensis* Romae honorem medicinae restituit, et quidem felicissimo cum successu, ita, vt non solum complures Romanorum familie praestantiam vtilitatemque huius artis perspicerent, sed et seruos habiles incitarent, ad doctrinam salutarem si non vniuersam, tamen ad partem singularem incumbere. Quae fuit ratio, cur et ab eo tempore medicinae imbuti essent serui, ita vt ex post fere vnaqueque familia praeter medicum graecum, haberet quoque serum medicum. Qui vero medici serui Romanorum non medici *nat eξοχην* fuerunt, sed tales, quorum ars consistebat in notitia emplastra, ferramenta et reliqua conficiendi et comparandi. Haec dicta sufficient ad statum medicorum iure romano antiquiori explorandum; unusquisque ex eo satis perspiciet, florentissimis temporibus Romanorum vt et imperatorum duplex genus medicorum extirse, quorum alterum ingenuum et honestissimae erat conditionis, alterum vero seruili laborabat macula, simulque vulgare plebeium, et quoad maximam partem rude atque illiteratum. Illud autem doctum bonisque artibus
intit.

institutum, et graecae potissimum medicinse disciplinis
egregie imbutum, n)

a) Vid. *PITISCY Lexicon* Tom. II. sub voce *medicus*.

H. LAMPE diss. de *privilegiis et iuribus singularibus medicorum*.

Sect. I. Cap. II, §. 22.

b) *bistoria naturalis* L. 29.

c) Patet id ex loco adductio *PLINIE*, quem alii demonstrationis causa
allegant. Fertur ibi anno 535, iam venisse *Archagabum* Romanum,
ex eoque fluit, iam ante annum sexcentesimum Romanos medicos
fuisse. Testatur et id *DIONYSIUS HALICARNASSENSIS* in
historia romana, dum contendit, anno 301, Romanos tempore
pefisis calamitosas medicos habuisse, quanquam tunc temporis no-
titia medicinae Romanorum non vix ex post tempore *ASCLE-
PIADIS* Prusensis fuit excusa sed vialis, et in notitia absque expre-
sionem consistebat herbarum. Vid. *SPOONI Recherches curioses
d'antiquité Dissertation XXVII. ou il montre, qu'il n'est pas vrais*
que ce fussent seulement des esclaves qui pratiquassent la medi-
cine à Rome, ni que les medicins en ayant jamais été bannis.
p. 444, seqq.

d) Vid. *SPOONI* l. *memorato et DRELINCOURTIYS* in *apologia
medica*, qui reprochauit, falsum esse id, quod alii ex Catonis Cen-
soriis dictis medicos Romae expulsoe fuisse perhibent.

e) Vid. *PLINIVS loc. cit. cap. I.* et ex recentioribus Josephus CA-
RAFFA de *Gymnasio romano* cap. I. §. 8. p. 22.

f) Vid. *PLINIVS* libr. *memorato* Libr. XXVI. cap. III, et *SPOONI*
Libr. cit. loc. cit. alii. De vita *Aesclepiadi* eiusque in artem me-



dicam meritis vid. COCCHI in *discorso primo sopra Asclepiade*,
post auctoris mortem ab eius filio RAIMUNDO COCCHI in lue-
cemi publice emisso.

g) Vid. DIO CASSIVS. L. 53. p. 517. qui contendit Antonio
Musae liberto hocce priuilegium ab Augusto fuisse concessum.

h) Contenderunt id ROBERTELLVS, FERRETTIVS multique alii.
Vid. LAURENTIVS *varias antiquitates eruditorum* L. II. Diff.
21. p. 127. et L. V. p. 404.

DIMPSTER Paral. ad Rosni *antiqu. rom.* L. II. cap. XVII. p. 166.

P. ZACCHIAS *Quæstiones medico legales* Libr. VI. tit. 3. Qu. II.
n. 24. p. 502.

MANVT. in *Comment. ad Cicero. Epist. ad famil.* L. 13. Epist. XX.
p. 132.

BOEKELMANN. in *med. rom.* seruo §. 7. p. 21. seqq. §. 9. p. 26.
seqq. §. 16. 17. p. 46. et 50. seqq.

i) Vid. I. E. I. WALCHII *antiquitates medicæ selectæ* p. 24.

CASAVBONVS et BERNECG. ad Sueton. in *Cæs.* cap. IV.

KIPPING *antiqu. rom.* L. I. c. 1. p. 59.

FREHER. Parerg. L. II. c. 16.

CONF. BRISON. Libr. cit. Libr. II. c. 1. p. 51.

k) in *not. ad Sueton. viz. Cæs.* cap. III.

l) in *apologia medica.*

m) loco memorato. De quibus viris viril. cel. Iul. Carol. SCHLAEG-
GER. *historia litis de medicorum apud veteres romanos degentium*
conditione, Helmstad. 1740. 4.

n)

n) Vid. modo *allegatus* celeb. *WALCHIVS* loco *memorato* et *spon-*
nus loc. cit. qui docte et rite ostenderunt, ingenuos medicos
cuius securis concurrisse medicis, et opiniones aduersariorum resu-
tarunt.

§. III.

*Quo tempore ab ingenuis aut libertinis solis medicinam
tractatam fuisse inquiritur.*

De genere medicorum diuerso eorumque statu hucusque dictum fuit; nostrum iam erit inquirere in tempus, quando apud Romanos serui medici plane desierint. Hoc vero difficilis erit probationis, nec vt mihi videtur satis certum de eo poterit tempus determinari. Id quidem videmus, tempore *Iustiniani* non solum medicos seruos, sed ingenuos et libertinos fuisse repertos. Fluit illud partim ex eo, quia eo tempore medicorum seruorum mentionem fieri legimus, *a)* partim, quia non sicut antiquissimo tempore romanorum numerus medicorum satis amplius fuit, sed potius restrictus, ita vt qui omnibus priuilegiis medicorum frui vellet, (de quibus priuilegiis postea dicemus) demonstrare deberet se *intra numerum esse b)*. Ad hunc numerum soli medici *reprobatur*, i. e. *circulatores*, *circumforanei* de iure referebantur, *c)* sub quo nomine comprehendebantur medici honoratiores, qui de foro in forum et regionatum vna tamen urbe circumibant,



sanitatem hominibus reddendi causa, non mundinatores (die Quacksalber ;) d) quo itaque apparet ad hoc genus medicorum qua talium non seruos electos fuisse, quia infirmitiae erant conditionis et macula laborabant. Qui vero numerus medicorum qua talium ita erat determinatus, vt in minoribus ciuitatibus quinque admittentur medici quatales, in maioribus septem, et in maximis decem. e) Nec minus ea restrictio medicorum ad pauculos, in rationibus se fundat non leuioribus. IVSTINIANVS enim quum videret, magnum numerum medicorum reipublicae detrimento esse, idque eo magis, quia eiusmodi ciues a munere onore et functione publica communi ac ciuili liberarentur ; restrinxit inde istum numerum, vt eo melius prospici posset saluti ciuitatis. Expressè enim in lege aliqua vbi de excusatione tutelae agit, tanquam priuilegium non nullis concessum, non omnes medicos istud priuilegium habere declarat, sed solum tunc procedere id posse, si probet, se intra numerum esse, f) aut ex gratia Imperatoris hocce adquisuisse priuilegium idque bene meritum. g) Quum itaque ex allatis patet, tempore iuris romani nouiori non solum libertinos et ingenuos medicos, sed et medicos seruos dedit; nil certe poterit affirmari, quando plane desierint medici serui. Hoc vero certum est, sensim sensimque numerum decreuisse seruorum medicorum.

- [decorative separator]
- 13
- a) Vid. L. 1. §. 3. C. de comu. seru. manumisso.
 - b) Erat necessarium ut medici decreto ordinis suffissent probati et numero constituto adscripti, si ab omnibus muneribus liberari praedicarentur. vid. L. 6. §. 4. D. de excusat. et L. 5. L. 7. c8. C. de Prof. et Med.
 - c) Vid. L. 6. §. 1. D. de excusat. tutor.
 - d) Vid. I. HOPPI Comment. ad insit. ad §. 15. insit. de excusat. tutor.
 - e) Vid. L. 6. §. 1. eod. et quod in unaquaque ciuitate certus numerus erat definitus, vid. L. 6. §. 2. eod. Quemque numerum regulariter quis excedere non debebat, vid. L. 6. §. 3. eod. Conf. Arnoldi VINNII Comment. ad §. 15. insit. de excusat. tutor. et Io. SCHNEIDEWIN. Comment. ad eund. locum.
 - f) Vid. §. 15. insit. de excusat. tutor. et L. 6. §. 1. D. eod.
 - g) Vid. L. 6. §. valde. D. de excusat.

§. IV.

Quando medicis honorarium fuit constitutum, ut et an quantitas honoraria possit probari ex legibus.

Ante Iulii Caesaris ut et Augusti tempora nullum sane ex historia constat exemplum idoneum quod probat, medicis pro cura aliquid fuisse solutum, donec tempore Iulii Caesaris Antonius Musa discipulus Asclepiadis, quem Iulium Caesarem anticipi curauit morbo, 6250. aurorum in signum gratiae quotannis accipiebat. Au-

B 3

gusti



gusti vero tempore cumulabantur praemia medicorum,
 partim honore, partim immunitate ab omni functione pu-
 blica, partim intuitu libertinorum iure gestandi annulum
 aureum. (vid. §. 2.) Quae vero Iulii Caesaris ut et Au-
 gulti de honorario et priuilegio medicorum constitutiones
 a Constantino quoque M. fuerunt retentae, ita ut cum pri-
 uilegio honorarium accipiendi, de die in diem creuerit
 honos atque opulentia medicorum. Vult enim *Constanti-*
nus M., immo serio iubet, medicis salariū p̄fēſtari et ho-
 norarium olim fere consuetum. a) Approbat̄ur et id quo-
 que Imperatorum *Vespasiani, Hadriani, Honori et Theodosii*
 rescriptis; b) nec minus exp̄ſſe a *Iustiniano* cauetur me-
 dicos honorarium deberi. c) Id itaque certum est, ex
 legibus romanis, medicis honorarium esse concessum, ast
 si nonnulli summam determinatam esse statuant in seruis
 manumillis, errant. Qui id defendunt prouocant ad *Iusti-*
niani Constitutionem dum inquit: *Ne autem quantitas ser-*
uiliſ pretii ſit incerta ſed manifesta: ſanc: mus ſerui pretium
fue ancillae, ſi nulla arte ſunt imbuti viginti ſolidis taxari:
his videlicet, qui uſque ad decimum annum fue venerint ae-
tatis, in decem tantummodo ſolidis ponendis, ſin autem ali-
qua arte p̄raediti ſunt, exceptis Notariis et medicis, uſque
ad triginta ſolidos pretium eorum redigi fue in masculis fue
in feminis. Sin autem Notarius ſit, fue masculus fue fe-
mīna: Notarius quidem uſque ad quinquaginta, medicus

autem

autem usque ad sexaginta taxetur. Ex hac Constitutione
 sicuti et ex L. 3. C. com. de manumiss. quae cum illa omni-
 no poterit comparari, illi, Iustinianum honorarium medi-
 corum manumissorum determinasse perhibent, ast sine ra-
 tione sufficiente. Dum enim hasce constitutiones Iustiniani
 accurato perpendimus animo, vlo ne quidem modo de
 honorario medicorum aliquid constitutum esse appetet,
 quia ex illa lege tantum ratione deducitur, quod in vendi-
 tione seruorum medicorum pretia fuerint maiora, quam
 in seruis nulla arte imbutis. Iustinianus his in legibus so-
 lum determinat pretium seruorum medicorum, ita vt in
 venditione medici, sit masculus, sive femina, taxationem
 statuat. Non igitur video, quomodo nonnulli ex istis di-
 etis, honorarium medicorum manumisserum determinare
 velint, d) nec etiam quomodo putare queant in his Legi-
 bus de honorario medicorum istorum sermonem esse, ita
 tamen vt non ad hodiernam eamque honorificam conditio-
 nem medicorum posset applicari. e) Quae qualis enim est
 conclusio Doctorum: Iustinianus pretium emendorum ser-
 uorum determinauit, ergo simul honorarium medicorum or-
 dinauit? Itaque defendo, in his legibus minime quantitatem
 honorarii esse determinatam, adeoque has leges ad proban-
 dam quorundam Doctorum sententiam nil conferunt. Leges
 vero adesse, quibus aliqua ratione quantitatem honorarii me-
 dicorum licitam determinatam esse inuenimus, negari mini-
 me poterit. Exstat enim lex VLFIANI f) in qua quantita-
 tem



tem medicorum determinatam esse videmus, ast non ita,
vt ad honorificam hodiernam medicorum maximeque glo-
riosam conditionem possit applicari. Si quid igitur me-
dicorum statum concernente ex legibus Romanorum con-
tendere possumus volumusque, in eo consistit, quod me-
dicis honorarium debeatur, et aequitati maxime conueni-
at, medicum pro cura praemium vel honorarium posse
accipere. Ita enim omnes cum PLAVTO g) statuunt,
nauatae operae praemium depositare, et ipsae sacrae paginae
sanciunt, vt medico solstrum exsoluat, h) quae quidem
sacra lex quanquam de Chirurgo solum loquitur, ad medi-
cum quoque Clinicum non inepre potest extendi. Hoc
etiam adstipulant rati ones politicae, dum si nullus habere-
tur medicorum honos, nullumque eis pro opera reddere-
tur honorarium, negligeretur illa ars salutaris, quae tamen
ad omnium, adeoque et reipublicae salutem, maxime est ne-
cessaria. Principis enim est, prospicere salutem subditos
atque felicitatem, taliaque adhibere remedia, quae
scopum reipublicae efficiunt. i)

a) L. 1. C. Theod. de Prof. et med. et GOTHOFREDI Comment. in
hunc Codicem ad locum memoratum pag. 30.

b) L. ratio aequitatis C. Theod. sod. et L. vlt. in fine D. de muneri-
bus et honoribus.

Conf. Aegidii MENAGII jur. civil. anno, cap. XXXV.

c) Vid. L. 6. C. de Prof. et med.

d)

a) Vid. SPECKHAN. in Qu. Iur. Cent. I. Qu. 27. qui has exposuit leges, et ex iis quantitatem honorariorum medicorum determinare studet.

e) Vid. imprimis LAMPE in diff. cts. Sec. II. §. 37.

f) L. 1. §. 12. D. de extr. cognit.

Vid. et L. vlt. D. de his qui effud. vel, deiecer, et §. 1. infit. de oblig. quae quasi ex delicto,

g) in Rud. A. V. sc. 3.

h) Exod. XXI. 19.

i) Vid. SPECKHAN. Libr. cit. Cent. I. Qu. 33. etc.

TIRAQVELL. de nobil. c. 31. N. 366. seqq. 385. seq. et 404.

P. ZACCHIAS Qu. med. legales L. VI. T. I. Qu. 8. N. 2. et T. III. Qu. 2. N. 19. et 26.

GOLDAST. in parad. de bon. med. §. 9. et 28.

WALTHER. de statu jur. et priuili. Doctor. c. 18. §. 139. Qu. 99. p. 70. alii.

S. V.

Honorarium modicum exigere possunt medici.

Quanquam §. praecedenti concessum sit, summam honorariorum medicorum in legibus ita determinatam non esse, ut ad nostra tempora possit applicari; ne quis tamen credat velim, medicum ultra modum honorariorum exaggrauari posse. Est sane et ipsi modus in iure prescriptus, et sicut omne immodicum quaesitum in iure

C

pro



prohibetur, ita quoque medicus pro cura aegrotorum
 nimiam haud postulare potest satisfactionem. Vetus enim
 proverbum **VLPIANI** a) ετε παντα, ετε παντοτε, ετε
 παρα παντων i. e. neque omnia, neque quouis tempore,
 neque ab omnibus, et ad medicum potest applicari. Val-
 de quidem liberale esset, a nemine accipere laborum in
 arte salutari praemia, attamen contra locorum consuetu-
 dinem modum excedere avarissimum vilissimum est at-
 que iniustissimum. Non vituparat ibi **VLPIANVS** licitam
 ac iustum quantitatem, quem iustissimum immo et rei-
 publice sit conueniens, medico soluere honorarium pro
 cura. Quod et **VLPIANVS** alio loco corroborat, b)
 ait nimirum: *peti poterit usque ad probabilem quantitatem.*
 Quae **VLPIANI** constitutio et nostris temporibus in mul-
 tis et fere omnibus foris approbatur, et expressis passim
 confirmatur statutis ac legibus prouincialibus. Sic enim
 Gröningae c) expresse cautum est, ne medici modum ex-
 cedant honorarii his verbis: *um ein billigs getreulich dienen,*
*et postea niemand über die Gebühr und Billigkeit überneh-
 men,* quae verba satis superque indicant, intuitu exactioris
 honorarii medici ad aequitatem recurrere debere. Proabant
 et haec postea leges Borussiae d) quae praeципue sumtibus
 itinerum ad aegrotum suscepitorum aliquid detrahunt e)
 et multa alia iura, quae iam silentio praetereo. Attamen ne quis
 ex ipsis **VLPIANI** verbis: modicum solum quantitatem po-
 stu-

stulare posse, inferat, nullo in casu medicum posse ultra modum in lege constitutum honorarium accipere. Haec sane lex eo in casu restringitur, si ex mera liberalitate aut donationis gratia sanitatem restituta praestitum sit honorarium.
 Tunc enim honorarium accipere potest medicus, licet quamquam et probabilem quantitatem excedens, id quod Iustinianus his probat verbis: *Quos etiam ea patimur accipere, quae sani offerunt pro obsequiis, non ea quae periclitantes pro salute promittunt.* f) Reprobatur ibi Iustinianus omnem conuentionem aegroti cum medico, ast conuentionem sanati de honorario praestando non reprobat, licet excedat modum ordinarium. Quod enim ab ipso reprobatum legamus pactum aegroti cum medico intuitu honorarii, ratio est: quia certissime praesumitur aegrotum facile hoc pactum inire, quinimmo omnia medico promittere, ex metu et concusione aegroti, ne alias debitam solertia adhibeat. g) Concludi non incongrue potest, a pacto de quota litis cum adiuvato prohibito ad pactum medici cum aegroto; quod quum et ibi ratio interdictionis reperitur in eo, quoniam clientes faciliter metuere possunt adiuvati negligentiam. Quin denique et constitutiones reperiuntur quae pactum medici cum sanato probant, eiusmodi pactum validum esse iure meritoque potest affirmari. Sic enim reperimus constitutionem h) ita sonantem; *doch soll niemand vermehrt seyn, eines jeden guten Willen nach den Arzten nach gestaltsam ihrer*



gehabten Mühe und Fleiß, iches über obbestimten Lohn zu verehren. Cui constitutioni et suffragantur aliae constitutiones disertissimis verbis, i) vt et Responsum iurisconsultorum Vitembergenium. k) Quum autem hoc in casu omnis cessat causa sine iure impulsu, praesumitur istam immodicam honorarii praestationem a sano vel sanato factam, in compensationem pro sollertiae accurate et ob amorem erga medicum fuisse praefitam.

- a) Vid. L. 6. §. 3. D. de officio praeconfusis.
- b) in L. 1. §. 12. D. de extr. cognit.
- c) Vid. die erneuerte Apothecker Ordnung de ao. 1665, §. 2. et 4.
- d) Vid. Churfürstl. Brandenburgische Medicinal Ordnung de ao. 1639 in MYLII Corp. constit. Magdeburg. P. III. n. 265. p. 696.
- e) Conf. AMMANN in med. Crit. Disc. I. n. 3. p. 23.
- f) L. 9. C. de Prof. et med.
- g) Vid. L. 3. D. de extr. cognit.
- HACHINAEVS L. 2. Qu. 25.
- h) in Reformat. politica de 1552. et ap. GOLDAST. de hon. med. §. 39
- i) Vid. die Churfürstl. Br. Medicinal Ordnung de 1693. §. 8. in MYLIO I. e.
- j) Vid. 10. BALTH. L. B. A WERNHERR Obs. Foren/er. Tom. II. P. VII. Obs. 213.

S. VI.



21

§. VI.

*Quomodo licet determinatur quantitas sotri medici,
ut et de modo procedendi intuitu eius.*

Nostrum quoque est, quantitatem sotri, ut et quomo^ddo intuitu eius procedi debeat, determinare; quod breuiter ita fiat. Est in aprico, tempore antiquo Romanorum medicos passim ac saepius iniquos atque tam avaros in exigendis salariis fuisse, ut nisi aegrotus illorum cupidini satisfaceret, vel plane desertus vel segnus fuisse curatus. Tradit hoc **BVDAEVS** a) his verbis: *Quam
quam medici Romae multam nefarie admitterent artis suae
licentiam, potius tamen esse coepisse, ut plures essent quam
pauci: qui olim quum pauci essent, pretia immodica au-
stipulantur ab aegris, aut quovis modo exprimebant: nul-
lo enim pudore deterrebantur, ut immensis mercedibus ab-
stinerent: sed mutua (vt fit) aemulatione minores ope-
ras suas addicere tunc coeperunt, quum extitere multi me-
dici. Cum autem vellet Plinius impud nitiam flagitantium
docere Charmidis facinus tanquam exemplum improbitatis
medicae commemorauit, qui aegrum unum prouincialem sa-
vandum quinque (vt ita dicam) millibus coronatorum con-
duxit. Vi autem doceret, quam quaestuosa tunc Medicina
esset, vulnerarium Archonium dixit ducentis quinqua-
ginta millibus aureorum confisca^te amissis intra paucos
annos totidem in exilio quaestuisse. Quac vero quaestuosa*

C 3

licen_z



licentia exigendi honorarium ex post fuit abrogata, et ad modicam solummodo exactiōem restricta. Quamuis etiam lege Cincia ao. U. C. 659. caueretur, ne quis pro labore aliquid acciperet; haec tamen iniqūitas, immo iniustitia, mox ab Imperatore Claudio intellecta fuit, et honorarium modicum iterum introductum. b) Ab hoc itaque tempore modicum honorarium exigere, fuit introductum, et omnes obligationes, promissiones, donationes, venditionesque immodicæ ab aegroto factæ reiiciebantur, nisi sanitate restituta ratihaberentur. c) Modicum itaque honorarium in iure praescriptum inuenimus, et si honorarium immodicum postulatur, summam moderare, et ad modum licitum redigere iudicis est officium. Quod etiam vult VLPIANVS d) quando Praeses, inquit, de mercedibus ius dicere solet: sed praeceptoribus tantum studiorum liberalium. Liberalia autem studia accipimus, quae graeci ελευθερια appellant. Rethores continebantur, Grammatici, Geometræ. Medicorum quoque eadem causa est, quae Professorum. Nisi quod iustior, quam hi salutis hominum, illi studiorum curam agant. Et ideo his quoque extra ordinem, ius dici debet. Quae vero potestas determinandi modum honorarii et iudici pedaneo, in casu quo praeses ob publica negotia et multitudinem causarum cognoscere non poterat data fuit; e) et haec tandem ad iudicem simplicem deuoluebatur, f) ita

ita ut et hodie adhuc secundum istas constitutiones procedatur in foris, sique immodica quantitas a medico sit exacta, cum arbitrio boni viri consulto fas est medico illam quantitatem ad modum redigere. g) Ast quaeri ibi poterit, an ista reductio quantitatis honorarii ad licitum modum, solenniter fieri debeat nec ne? Et sane ibi vLPIANI h) constitutum in foris fore adhibitum crederem, qui summariter eo in casu procedere vult, sicuti ex verbis ultimis adductae patet legis ubi dicitur: *Et ideo his extra ordinem Praeses provinciae ius dicere debet.* Si igitur iudex medici honorarium determinat, omnis cessat appellatio, neque partes ad solennia remittantur processuum genera, sed frequentius breui manu lites per mandata ita expediuntur, ut si videat, immodicam quantitatem a medico fuisse exactam, adhibiti boni viri arbitrio, i. e. talis qui artem salutarem callet, fideliter summam honorarii medico debitam determinet, qua facta determinatione iudex sanato quantitatem iniungit medico praestandam, quem modum medicus tunc amplius non potest excedere. i)

g) in explicatione atque emendatione loci PLINIANI Lib. II. de ase.

Conf. MEDICVS romanus seruus sexaginta solidis aestimatus.

§. 17. pag. 165. seq.

i) VID. TACITI annales L. XI. c. 7. et L. I. §. 12. D. de extr.
cognit.



f) Vid. L. 2. D. de extr. cogn. et quod in praxi eiusmodi immo^{di}da quae sita triginta solum annorum spatio praescribi dicitur: vid. CHARONDAS Lib. IX. Resp. c. 19. Conf. GOTHOFREDI Comment. in C. Theodos. ad Lib. VIII. de med. et Prof. pag. 43.

d) in L. 1. initio et §. 1. D. de extr. cogn.

e) Vid. L. 2. C. de iud. ped.

f) vid. L. ult. D. de his qui effuder. vel. deiecer. Ibi dicitur: index computat mercedes medicis praefitas, caeraraque impendia quae in curatione facta sunt. Conciliatur et hac cum lege §. 1. instit. de obligat. quae quasi ex delicto etc.

g) RVIAS tractatu de reciss. contr. in praef. n. 30. et 31.
GOTHOEREDI l. c. Conf. MEVIL Decisi. P. VIII. decisi. 131,

h) in cit. L. 1. §. 1. D. de extr. cogn.

i) Vid. STRYK in notis ad Lauterbachium tit. de extr. cogn. n. 4.
p. 170.

ZAVNSCHLIFFER Diff. de priuilegio Professor. Aph. 19. p. 15.

GAIL. Obs. Cam. L. I. Obs. 20. N. 5.

LAMPE in diff. cit. Sect. II. §. 42.

§. VII.

De priuilegio medici ratione aliorum creditorum in concursu.

Multa atque diuersa priuilegia medicis sensim petitimque concessa fuisse, hactenus ex adductis est per-

ipi-

spiciendum. Sed iam his supersedeo atque ad princeps disputandi argumentum me conuerto, ad priuilegia vide-
licet, quibus medici fruuntur intuitu honorarii, vbi is,
quem curarunt, inopia premitur: eius bona ad soluendum
ipsius aes alienum haud sufficient ideoque inter creditores
illius concursus excitatur. Eo maiorem attentionem pri-
uilegia haec merentur, quod in primis faueant iis medicis,
qui obaeratum debitorem haud cum successu curarunt,
et vbi ille haud restituitur, sed vitam cum morte commu-
tat, mercedi medicorum in prima classe locum tribuunt,
cum vero illi denegant, si feliciter a morbo est liberatus,

§. VIII.

*Diversae de hoc priuilegio sententiae iurisconsultorum
recensentur.*

Sunt permulti, qui haec priuilegia medicis conce-
dunt; in duas tamen abeunt partes. Nonnulli ea ex iure Ro-
mano deducunt, ita ut intuitu ultimi morbi medico tribuant
praerogatiuam prae caeteris priuilegiatis creditoribus, eum-
que in prima classe collocari censeant; ratione vero alio-
rum morborum demum cum chirographariis succedere, et in
quarta classe poni debere ex iisdem euincere volunt legibus,
et utrumque non sine ratione defendere conantur. Refe-
runtur ad hanc doctorum Classem, CARPOVIVS, a) LAVI-
TERBACHIVS, b) LVDOVICI, c) HOFFMANNVS, d)
SCHÖPFIVS, e) BALTHASAR, f) MEVIVS, g) RICH-

D

TE



TERVS, *h)* LAMPE, *i)* alii suaे sententiae strenue adhaerentes. Sunt contrario nonnulli qui his see obiciunt, dictumque priuilegium ex sola consuetudine vel Praxi de-riuantum esse sentiunt, contenduntque, ex legibus nul-lam huius iuris rationem probationemque peti posse; quo-pertinent BRVNNEMANVS, *k)* LEYSER, *l)* aliique. Ne-que desunt tandem, qui omnem distinctionem intuitu ultimi et anterioris morbi factam plane ineptam esse af-firmant, atque indistincte, medicos intuitu honorarii in ultima ponunt classe. Credunt hi, medicum semper cum chirographariis simplicibus pari passu ambulare, quo-referendi sunt STRVVIVS, *m)* BODINV^S, *n)* STRYKIVS, *o)* et praecipue SCHLITTIVS *p)* aliique.

a) P. I. Const. 28, def. 39.

b) Colleg. theor. pract. tit. de rebus auroritate iudicis possidentis, §. 25. T. III. p. 408. &c.

c) Einleitung im Civil Proceß cap. X. §. 13.

d) in d. Deutschen R. Praxi 11ter Theil §. 1270.

e) in Conf. 94. Vol. VIII. conf. Tüb.

f) in collatione iuris communis, cum iure Saxonico, Lubencensi et Mecklenburgico speciatim Pomeranico, qua Classificationem Cre-ditorum in tabellis delinata. P. II. Sect. II. Class. I. p. 31. N. III.

g) in iure Lubencensi P. III. tit. x. art. 11, et in decisionibus suis Decisi. 242, n. 96-100.

h)

- h) de iure et priuilegio creditorum Disp. IV. Membr. IV. p. 93.
 i) in diff. cit. Sect. II. §. 43.
 k) in processu concursu creditorum cap. 5. §. 62, seq.
 l) Spec. 384. med. 1,
 m) in Syntagma iur. civil. Exere. 44. th. 56.
 n) in disp. de non praferendis sumtibus curationis vltimi morbi.
 o) in notis ad BRVNNEMANNI Proc. Creditor. Concurs. c. 5.
 §. 15.
 p) in der Vorrede des Ludouici Einleitung zum Concurs.-Procesſ.
 §. VIII.

§. VIII.

*Rationes allegantur, cur quidam Doctores ex legibus
 romanis medico intuitu curae vltimi morbi in
 classe creditorum prima ponunt.*

Contendunt quidam doctores celeberrimi, ex sententia
 iuris Romani honorarium medico pro vltimi morbi cura de-
 bitum, cum impensis funebris idem habere priuilegium
 praelationis. a) Corroborare volunt sententiam istam per L.
 4. C. de petit. heredit. et L. 3. C. de relig. et sumt. funerum;
 quumque in iis legibus, de sumtibus funeris et in vltimo
 morbo erogatis sermo est, non inepte defendi posse statuunt,
 fostrum aut honorarium medici, praecipue vltimi morbi,



iisdem frui priuilegiis, quibus fruuntur impensaे funeris. b) Deinde quia vbius fere locorum vnu judiciali aut legibus specialibus obtinuit, vt merces famulorum et ancillarum aliis priuilegiatis creditoribus antecedat atque in prima ponatur classe, c) id etiam conualescere deberet de honorario medici intuitu vltimi morbi, quum eadem aut forsan potior adsit ratio in honorario. d)

a) Vid. L. 45, D. de relig. et sum. funer.

b) Vid. L. 8. D. depositi, vbi dicitur; *calculum non subducendum esse nisi deducto sumtu necessario.* Vidd. Autores in §. praeced. alleg. quibus et adstipulat NAEVIVS select. ius concern. ad L. II. D. de extr. cogn.

v. ZACCHIAS Libr. cit. L. VI. T. I. Qu. 8, n. 2.

ZAVNSCHLIFFER de priuilegio Professor. Aph. 13, p. 15. seq.
BOOT. diff. de priuileg. med. c, II. §. 22. p. 43.

c) Vid. LAVTERBACH. Libr. cit. I. cit. §. 30, p. 409.

d) ZAVNSCHLIFFER I. c. p. 16.

§. X.

Rationes considerantur, cur medici intuitu anteriorum ex iisdem legibus priuilegio non fruantur.

Qui medicum ratione anteriorum morborum in quarta tantum classe collocari putant, id hac ex ratione statuunt, quia in legibus adductis de sumtibus funeris et in vltimum morbum erogatis solum sit sermo, easque leges extensi.

tensiu' interpretari posse nullam adesse rationem. Ita
 enim PETRVS HEIGIVS: a) Praefatam, inquit, praero-
 gatiuam locum habere, ob curam eo in morbo adhibi-
 tam, ex quo postea mortuus fuit aegrotus, alias medi-
 eis alimentorum saltem concedendum esse priuilegium, quod
 priuilegium nempe personale et omnibus aliis creditoribus,
 pignus aut hypothecam habentibus postponitur. Quo cum
 et consentit expressis verbis MEVIVS b) his verbis:
Distinctionem fieri necesse sit inter sumptus curationis, in eo
morbo factos ex quo curatus decepsit, et illos, qui antea
insumpti sunt in morbo ex quo decumbens reconualuit, aut
in pristinam sanitatem restitutus est. Et illis saltem praero-
gatiua addicxit, non vero his posterioribus. Quam distinc-
 tionem et Autores S. praeced. allegati tacite adprobant, fi-
 intuitu anteriorum morborum medicum in classe collo-
 cant quarta. Nec desunt alii horum virorum sententias
 assumentes, c) neque defuerunt etiam Viri qui ineptitudinem
 huius opinionis perspexerunt, serioque contende-
 runt, distinctionem istam intuitu ultimi et anterioris mor-
 bi, nulla sufficiente ratione sese fundare, atque ex legibus
 probationem institui posse. Ita enim inquit SCHLIT-
 TIVS, d) ut verbis utar ab ipso adhibitis: *wobey ich en paß-*
fant bemercke, wie schon berühmte RechtsLehrer erinnert, daß
der Unterschied den man in praxi unter den Arzneyen, so
in den letzten und den vorigen Krankheiten aufgewen-
det worden gar keinen Grund habe. Quocum et con-



ueniunt STRYKIVS, e) BODINVS, f) LEYSER, g) alii.
Quare et hi medicum, nisi consuetudine aut prouinciali-
bus ex legibus priuilegium postulatum probare potest,
ad creditores ablegent personales, et sine ulla distinctione
medicos in quarta ponendos esse classem statuunt. h)

a) qu. 26. n. 70.

b) in iure Lubecensi l. c.

c) Conf. ROLAND. A VALL Conf. 14. n. 26.

BERLICH. Concl. 64. n. 99.

FINCKE RLTHAVS Obs. 98. n. 5.

GARISAS de expens. c. III. n. 42.

HAHN ad Wesenbec. d. tit. de priuileg. creditorum. n. 4.

d) loc. cit.

e) loc. cit.

f) loc. cit.

g) loc. cit.

h) Vid. STRUV. l. c. et th. 47^o not. i.

WESENBECK. in paratitl. D. de priuil. creditor. n. 5.

i. M. BEVTHER de iure praelationis. P. l. c. 29.

S. XI.

*Explicatio legis 4. C. de petitione hereditatis instituitur,
qua simul opiniones quorundam Doctorum
diudicantur.*

Perspectis rationibus, quibus a multis in iurisprudentia versatissimis viris, medico priuilegium intuitu vltimi morbi prae caeteris, expressam quanquam hypothecam habentibus, tribuitur; nostrum erit nunc paululum in sensum legum ad quas qui priuilegium supra dictum iure ex Romano deriuant, prouocant, inquirere, rationesque illorum ponderare. Primae legis ex qua dicti Iureconsulti veritatem sententiae suae euincere student Autorem habemus ANTONINUM a) qui qnum ordinat casus vbi compensatio in restituenda hereditate locum habeat; ita, *in restituenda*, inquit, *hereditate compensatio eius habebitur, quod te in mortui infirmitatem, inque sumtu funeris bona fide ex proprio tuo patrimonio erogasse tibi probaueris.* Mens ANTONINI licet perspicua sit, tamen ut clarius perspiciatur casum quendam proponam, et facile adparebit, vti mihi videtur, sensus legis allatae. Ponamus Titum ob aegroti infirmitatem curandam et subleuandam pecuniam consumisse ex suo patrimonio. Postea decedit aegrotus, et Titus bona fide adiit haereditatem, sumtus funeris expendit, eoque bona fide creditoribus defuncti debita exsoluit, et eius obligationes tanquam heres agnoscit. Postea vero verus exsurgit heres Sempronius

nem-



nempe, deducit suum ius, eoque facto, postulat hereditatem, quaeritur: an *Titius*, qui bona fide hereditatem sibi attribuit, cum *Sempronio* compensare possit intuitu obligationum pro defuncto praestitarum? et recte **ANTONINVS** ibi affirmatiuam amplectitur ex ratione sane grauiissima, ne scilicet *Sempronius* verus heres, cum damno *Titii* heredis putatiui fiat locupletior. b) Quodsi igitur *Sempronius* restitutionem hereditatis postulat, deducit iure meritoque omne id, quod intuitu defuncti exsoluit. Detrahit *primo* sumtus funeris, *deinde*, quicquid in aegroti infirmitatem curandam impendit, et intuitu eorum sumtuum cum *Sempronio* compensat, ita, vt si his deductis sumtibus quid reliquum sit ex bonis defuncti, ipsi restituat. **ANTONINVS** ibi minime ad debitorem respicit obaeratum, sed tantum officia recenset veri heredis ad debita defuncti soluenda. Itaque si ab herede putatio bona fide sumtus fuerunt erogati, aequum videtur **ANTONINO**, in restituenda hereditate eas deducendas esse impensas, intuituque earum contra verum heredem locum habere compensationem. Nullam ibi statuit *Antoninus* aequiparationem sumtuum funeris et in ultimum morbum erogatorum, ita, vt vtrumque sumtuum genus par haberet priuilegium. Hinc non perspicio, cur plurimi ex ista lege aequiparationem vtrorumque sumtuum deriuare possunt, praesertim, quum *primo* rationes cur sumtus funeris prae ceteris creditoribus priuilegio gaudent, maioris ponderis sunt

sunt, quam ut ad honorarium applicari possint. Quam
 enim reipublicae multum intersit, ne cadauera maneat
 insepulta, et sicut VEPIANVS testatur, ne aliquis de alie-
 no periclitetur funere, c) quod certissime fieret, si non
 tantum priuilegium intuitu earum impensarum in iure es-
 set caustum, quae vero cessant rationes in honorario me-
 dico p[ro]aestando. Est enim vniuersusque medici offi-
 cium, curam aegroti, qua decet solertia, i. e. maxima
 cum diligentia in se suscipere, quanquam et ipsis nullum
 sit tributum praerogatiuum ex regulis iustitiae. Deinde
 quum et expressis verbis a MAECIANO cauetur, ut sum-
 tus funerum omne p[re]aecedant creditum, et in hacce con-
 stitutione debitoris obaerati sit mentio, d) nihil vero in-
 titutu honorarii medici occurrit, vnuquisque statim per-
 spicit aequiparationem funeris cum honorario ex L. 4.
 C. de petitione hereditatis ab aduersariis incongrue dedu-
 ctam fuisse; nec iuriare, quod quum viu iudiciorum fere
 vbius merces famulorum et aneillarum in prima collocatur
 classe, et propterea honorarium medici in prima quoque pa-
 ni debere classe. Honorarium enim medici pro cura de-
 bitum non tanquam merces respici potest, et inter aegro-
 tum ac medicum qua talem nulla datur locatio conductio. e)

a) in L. adducta 4. C. de hered. petie.

b) in L. 5. C. eod.

c) Vid. L. 12. §. 3. D. de relig. et sumo. funer. in obitual. min.



d) Vid. L. 45. eod.

e) Vid. L. 1. D. si mens. fals. mod. et L. 9. D. de administracione et prriculo inzor.

§. XII.

Eruitur L. 3. C. de religiosis et sumtibus funerum, quam legem Doctores ad medici priuilegium probandum insitunt, et falsitas huius opinionis probatur.

Ad alterum mihi liceat progredi legem, ex qua doctores euincere student priuilegium medici praecaeptoris creditoribus defuncti debitoris. Ibi enim Imperator ALEXANDER ita cauit: *Legatum a defuncto tibi relictum, et quod in funus vel morbum eius erogasse te boni viri arbitratu probaueris, praeses prouinciae solui tibi iubebit*, Quaestionem quasi proponit ALEXANDER: num etiam, si alicui legatum sit relictum et legatarius sumtus aliquos impenderit in funus et curationem aegroti, an etiam legatarius extra legatum illos quoque poscere possit sumtus ab herede, et recte ab Imperatore affirmative respondet, quum ex diuersis debentur causis. Legatum enim petitur actione ex testamento, sumtus furris actione funeraria et sumtus curae actione negotiorum gestorum ex aequitate scilicet, licet nec cum defunctoro nec cum haerede negotium gestum sit. a) Nec ibi animo com-

compensandi legatarium id fecisse praesumi potest.
 Quamvis enim legatarius ex grati animi pietate quadam
 fecisse videatur, concludi tamen non potest illud animo
 fecisse non repetendo. b) Imperator itaque ALEXANDER
 hac in lege solum iniquitatem opinionis eorum ostendere
 vult, qui putant, legatarium qui impenderit sumtus fu-
 neris et curae, animo compensandi illud fecisse, nec de
 iis legatario nullam competere actionem. Nec ex iis
 verbis nulla aequiparatio funeris cum sumtibus curae ita
 elucet, ut aquale habeant iuris priuilegium, et omni
 aeri alieno praeferantur. c) Quae qualis vero conclusio?
 Quodsi enim id statuere vellemus, quantaque quae-
 so exinde consequeretur absurditas? Nonne etiam ibi pe-
 titio legati et coniungitur cum impensis funebris, et
 in curam aegroti factis, et quomodo ibi affirmari pot-
 erit, ob nudam verborum coniunctionem, petitionem le-
 gati omnibus petitionibus aliorum Creditorum praeferen-
 dam esse. d) Quapropter si mentem aut sensum legis
 eruere velimus, nihil aliud significare patet, quam quod
 accepto licet legato, legatarius tamen sumtus funeris et
 expensas in curam defuncti erogatas, postulare possit ab he-
 rede, et hoc refragante, iudicem adire possit, ut here-
 dem ad solvendum compellat; quod ab ipso his verbis
 notatur: *Praeses prouinciae ea tibi solni iubebit.* Quod
 vero ibi antequam iudex heredem ad solutionem compel-
 lat, arbitrium boni viri necessarium sit, iure meritoque

E 2

ab



ALEXANDRO fuit ordinatum, quia hae impensae a legatario probari debent, qualis et actus arbitrio boni viri accedente iuramento ex parte legatarii facilius poterit persagiri. e) Quae vero repetitio expensarum extenditur quoque ad eas, quae inuito aegroto factae sunt quod conccludi potest ex regula aequitatis. f) Hac itaque legge, vti credo, satis explicata, priuilegium medici a multis tam longe laudatum haud inuenio. Loquitur dicta lex de iure impensarum in funis et curam aegroti factarum, non vero de iure praelationis medico in concurso concessso.

e) Vid. L. 13. C. de negot. gest.

f) Vid. BALDVS Nouell. de priuil. doc. p. 5. n. 5;

CARPZOW. P. I. Conf. 28. Desin. 39.

KOEPFEN. Decis. 28.

CAESTAS. de expensis c. 8.

MERLICH. P. I. Contl. 44. n. 94.

COLERV. Libr. II. Tractat. de alimenris. c. 16.

RICHTER de priuilegio creditarum Disp. IV. p. 94.

BERSCARD de probatione. Conclus. 805 in fine.

g) Haec et absurditatem bene intelligit BEVNEMANNVS in Commentariis ad Codicem. ad leg. cit.

e) Vid. RICHARD, ad L. 4. de petit. hereditate.

BERLICH, d. consl. 44. num. 44.

BASIL, Disp. Vol. nouiss. D. 2. th. 104.

f) Vid. SVRDVS, decisi. 255.

S. XIII.

Respondetur ad rationes eorum qui medicum intuitu anteriorum morborum ex legibus ciuilibus in quarta clasi contendunt.

Supereft adhuc responſio ad opinionem eorum, qui statuunt, medicum intuitu anteriorum morborum in quarta clasi esse collocandum. Repeto tantum explicationem Legum in §§. praecedentibus allatam et annotationes ibi adiectas, statimque insufficientia aduersariorum luculenter adparebit. Quodsi enim a me probatum fuerit, leges contra nostram sententiam adductas, de priuilegio medicorum nihil disponere, iniuitatemque aequiparationis funeris cum expensis curae quum probauerimus, iam eo quasi omnia refutata videntur, quae de priuilegio medici doctores contendunt. Itaque et distinctio ultimi et anterioris morbi per se fit inutilis. Arripio ibi quam lubentissime opinionem quorundam a me iam supra allegatorum virorum, qui ineptitudinem demonstrationis huius privilegii ex legibus extorquendi iam satis perspexerunt. Vberiusque haec

E 3

omni-

omnibus explicatis defendo, et tamdiu strenuus ero defensor eorum, qui nullum in concursu priuilegium ex iure communi deduci posse statuunt, donec nonnulli existant, qui meam sententiam refutantes, maius quam hucusque consuetum pondus addere potuerunt, quod vero vti certissime credo, aduersariis difficile imo difficillimum quodquam erit.

§. xliii.

*Iura provincialia aequae ac statutaria probant medico
intuitu ultimi morbi prae caeteris creditoribus
praerogatiuam esse concessam.*

Etsi vero priuilegium primae classis ex iure commun-
i medico haud sit tribuendum; verumtamen haud fallor,
vbi medico priuilegium hoc competere statuo atque existi-
mo, per iura prouincialia aequae ac municipalia: nec non
vsum forensem medicis in concursu debitoris obaerati in-
tuitu curae vltimi morbi ius praecipuum fuisse datum, ita
vt p[ro]p[ter]a caeteris creditoribus priuilegiatis ius exerceant
praelationis.

§. XV.

Probatio ex iuribus Saxoniciis instituitur.

Vbi primum in Saxonis persistimus prouincis, in
ordinatione processus Saxonica veteri in primam credito-
rum

rum classem referuntur : a) Ferner soll dasenige, was uff
 des verstorbenen Schuldners Begräbnis und in seiner Kranck-
 heit der Arzneyhalber aufgewandt, vermoge gedachter
 Constitution vergnüget werden. Haud definitur quidem
 ibi, num morbus ille vltimus esse debeat; nec ne. Neque
 illud sit in constitutione ista electoralii, b) ex quo sanctio-
 nem hanc delibatam esse constat: optimi tamen iuris Sa-
 xonici interpres, videlicet BENED. CARPZOVIVS,
 c) QVINT. SEPT. FLORENS RIVINVVS, d) PETR.
 HEIGIVS, e) CASP. ZIEGLERVVS, f) IO. HENR.
 BERGERVS, g) atque alii in eo conspirant, quod ad
 vltimum saltim morbum legislator respexerit. Clarius
 mentem suam exposuit FRIDERICVS AVGVSTVS h)
 quum renouaret ordinationem hanc processus ac in primam
 classem locari iuberet: 'was wegen des Schuldners letzter
 Kranckheit der Medicus, Chirurgus, Apotheker wie auch
 die Wärterin und wer dem Schuldner die Alimenta gereichert
 zu fordern haben. Haec quum cauta sunt in Saxonia, quae
 Saxonie ducibus stirpe ex Albertina oriundis paret; non
 mirum est, quid sit quod ordinatio GOTTHANA processus
 idem iubeat: i) ferner maessige Begräbniskosten, so auff
 des Debitoris Begräbnis gangen, wie auch was der Arzney-
 halber in seiner Krankheit aufgewendet; neque minus AL-
 TENBURGENSIS: k) in die erste Classe kommen folgende For-
 derungen: l) was der Arzneyhalber in seiner letzten Krank-
 heit angewendet, als da sind Salaria Medicorum, Chirurgo-
 rum



rum und das so aus der Apotheke gebrauchet worden, wie auch was die Wärterin und wer ihm bey der Krankheit die Bekostigung gereicht zu fordern haben. Quae in ordinatione GOTHANA continentur ad verbum descripta sunt in legibus ISENACENSIEVS, m) et SCHWARZBURGICIS. m)

- a) ord. pros. Sax. tit. XLII. §. 6.
- b) part. I. const. 28.
- c) iusisprud. Rom. part. I. const. 28. def. 45.
- d) iur. XLIII. enunc. 29.
- e) part. II. quæst. 26.
- f) not. ad el. Sax. ordinat. p. 178.
- g) elect. discept. for. p. 1280.
- h) tit. XLII. §. 4.
- i) part. I. cap. XVIII. §. 7.
- k) part. I. cap. XXXVII. §. 13. p. 235.
- l) tit. XXVIII. §. 7.
- m) part. IV. tit. II. §. 6, seq. Addas Vinariorum mandatum, anno
CICLOCLIX, vulgatum,

§. XVI.

Quod et alius in prouinciis idem obtineat ius, demonstratur.

Neque vero permanere debemus in Saxonice prouinciis. Vidimus enim BAVARIAE inferioris et superioris statutum

—————

tum expresse ordinans, quod honorarium medici ratione vltimi morbi vt et omnia debita alia, quae intuitu vltimi morbi defuncti ad eum curandum aut subleuandum facta fuerunt, cum impensis funebribus aequa lance versari, ideoque post his, debitum ipsis exsoluendum esse. Ita constitutum est: a) Dem Begräbniskosten wirdt allerdings gleich gehalten, was in des Abgestorbenen waehzender Krankheit an welcher er gestorben in der Apotheken aufgangen, item was der Doctor der Arzney, Barbierer oder anderer zugelasner Artzt, so den Kranken curirt verdiente und gebührende Vergleichung ist, Derholben sollen diese Forderung zugleich neben der Begräbnis Unkosten, auch in die andere Stell gesetzt werden; hatte aber ein Apotheker, jemanden allein zum Wollust, Gewürz, Zucker oder ander Schleckerwerck, also mit zur nothwendigen Arzney oder Labung wissentlich und vorsetzlich gegeben, wird er denselbigen unnothwendigen Sachen und dahero rührenden Ausstand andern Glaubigern nicht vorgezogen. Apparet ex hac constitutione, non solum honorarium medici, ratione curae vltimi morbi isto priuilegio gaudere, quin immo et aliis personis competere, quae vel in curationem debitoris defuncti crediderunt, aut ad eum in morbo subleuandum adfuerunt. Simili ratione in terris BRANDENBURGICO CVLMBACENSIBVS b) sancta sunt: In der ersten Classe folgen 3) was zu des Schuldners Arzney in seiner letzten Krankheit worüber er verstorben denen Medicis, Chirurgis und

F

Apo-



Apothekern schuldig verblieben, wobey aber denen Medicis, Chirurgis und Apothekern der unbillige Vortheil abzuschneiden. Et in iure HOHENLOICO: c) alsdenn kommen zu der ersten Classe der Creditorum zu stehen: die zu seiner Cur angewandte und bey seinen Lebzeiten nicht zu erhalten gewesene Cur Apotheker und Krankenwaerter Lohn. Conuenit his cum legibus statutum VLMENSE, d) his verbis: Folgends sollen die bey des verstorbenen Schuldners (und nicht seines Weibes Kinder oder Angehörigen) aufgegangen passirliche und Standesgebührliche Leich-Kosten abgestattet, nicht weniger diejenige so zur Ausrichtung des Schuldners Begraebnis etwas hergeliehen, ingleichen die Medicis, Barbierer, KranckenWärter und Waerterinn, welche von dem Schuldner in seiner letzten Kranck- und Schwachheit gebraucht worden seynd, um ihre Mühe Sorg Fleis und respectiue Arzneyen schuldiges honorarium und Liedlohn contentivret und bezahlt werden. Nec minus cum hac ordinatione conspirat constitutio RVDOLSTADIENSIS e) ita disponens: Gleichfalls sind auch die Begraebnis samt denen Kosten so bey des Schuldners letztern Krankheit aufgewendet worden, ingleichen was der Medicus, Barbier oder Bader, Apotheker und Wärter zu fordern haben in der ersten Classe zu befriedigen. Et si euoluamus leges statutarias, non minus medicum iure praelationis intuitu vltimi morbi curationis gaudere legimus. Memoratu profecto digna sunt, quae hac de re leguntur in iure HAMBVRGEN.

sif)

§ 1: f) nach diesen sol aus des Verstorbenen Güthern, was
auff desselben Begräbnüs, wie ingleichen an Arzeney und
Arzten Lohn aufgangen, bezahlte werden; quocum coniuncta
genda sunt statuta LINDAVIENSIA. g)

- b) Der Fürstenhümer Ober und Nieder Bayern Landrecht, Policey
Gerichts Malefiz und andern Ordnungen de ao. 1616. tit. II.
vom Gant Proces art. 5.
- c) Hochfürstl. Brandenb. Culmbachische Landes Constitution. Tit. vom
Curcurs Proces Class. I. §. 5.
- d) Hohenloisches Land Rechte Tit. XI. Class. I. num. 3. p. 214. Ad.
das classificat. creditor. Pomeranor. p. 4. die Straffundische
Medicinal Verordnung cap. II. §. 12. et Codex Fridericianus
R. III. libr. IX. §. 53.
- e) der Stade Ulm Gesetz und Ordnungen part. IV. art. 230
part. II. tit. V. art. 5.
- f) pvr. II. tit. V. art. 2.
- g) der heil. Römischen R. Städte Lindau Gerichts und Proces Ordnung
Tit. II. art. III. n. 7. p. 84. seq.

§. XVII.

*Statuta quae probant, medicum ratione anteriorum mor-
borum nullam fuisse concessam praevogatiuam, sed
cum chirographariis in quarta collo-
cari debet in classe.*

Notissimi juris quam sit, medicum fere omnibus in
locis ex dispositione legum prouincialium fuisse constitu-

F 2 tum



tum priuilegium, minime tamen quis credat velim, istam
praerogatiuam indistincte medico fuisse datam. Est sane
et illa adhibenda distinctio, vtrum curatio intuitu vltimi
morbi sit facta nec ne? et ratione prioris statuta affirmati-
ue respondent, et medico ius praecipuum concedunt; ra-
tione vero posterioris non aequae. Quum enim dispositio-
nes legum prouincialium, si in medici priuilegium p[ro]ae cae-
teris creditoribus priuilegiatis ipsi concessum inquirunt,
semper ut curatio intuitu vltimi morbi facta sit necessario
requiritur. Nec desunt etiam leges prouinciales iam p[re]ae-
ced. S. adductae quae istam sententiam alio in loco claris ver-
bis luffulcent, et cum personaliter priuilegiatis chirographa-
riis in papi classe medicum constituant, vti patet ex disposi-
tione statuti HOHENLOICI a) his verbis: *In der 4ten Classe*
folgen diejenigen Creditores so personaliter privilegiirt, son-
sten aber unverichert sind, und zwar also das sie untereinan-
der keine Prioritaet haben, sondern pro rata ihrer Forde-
rung mit einander bezahlt werden: *Wohin nun diejenige*
zu rechnen, die dem Schuldner was aufzuheben gegeben,
so aber nicht mehr wesentlich vorhanden, die da alimenta
*von dem Schuldner zu erfordern, gleichwohl aber kein ge-
wisses Grund-Stück angemiesen haben, woher selbige p[ro]aeift
oder gereicht werden sollen, was zu milden Sachen neuer-
lich und nicht von Alters her geordnet worden, die Ad-
vocati, Notarii und Handwerksleute, wegen ihrer auf
Borg aus Handen gegebenen Arbeit, Arztlohn so nicht vom
des*

de Schuldners letztern Krankheit her zu erfordern u. d. gl.
 Approbat et id statutum VLMENSE, b) ita dum disponit:
*Hierauf sollen die Apotheker bey denen unversicherten
 Gläubigern mit ihren klagenden Forderungen und Medicamen-
 tenten welche zu des Debitoris oder der Seinigen Leibs-
 Gesundheit nothwendig verbraucht worden, und nicht über
 Jahr und Tag gestanden, ein Praelation und Vor-
 gangs Gerechtigkeit haben.* Secundum hocce statutum
 pharmacopolea intuitu debiti non in ultimo morbo
 debitoris contracti cum creditoribus chirographa-
 riis, succedunt, et in quarta classe collocantur, atta-
 men hac cum singulari dispositione, vt intra annum
 quum debitor aere premeretur alieno, debitum a credito-
 re fuerit exactum. Quae quidem dispositio solum phar-
 macopolam idem habentem priuilegium tangit; verum-
 tamen et non incongrue ad medicos est extendenda,
 quum vnius positio non sit alterius exclusio. Dum-
 modo enim de pharmacopola cautum esse inuenimus,
 quod nisi in ultimo morbo debitum factum sit, perso-
 nale solum ipsi tributum esse ius, et illud de iure ad me-
 dicum intuitu curationis anteriorum valebit morbo-
 rum. Quid quod, et putarem, quanquam aliis in le-
 gibus nil expresse dictum sit, medicum nempe nullam
 habere praerogatiuam in curatione anteriorum morborum,
 non inepte tamen illud ex eo intelligi poterit, quod sem-
 per, si priuilegi medici mentio sit in legibus prouin-

F 3

cia-



cialibus, vel de ultimo morbo sermo sit, vel de sum
tibus funebris quidquam simul caueatur, et per id
haud obscure significetur, ultimi saltem morbi rationem
habendam esse.

a) Hohenloisches Land-Recht loc. cit. §. 16.

b) der Stade Ulm Gesetz und Ordnungen loc. cit. §. §. XXV.

§. XVIII.

*Valet illud quoque quibusdam in terris ubi nil de medici
privilegio expresse in legibus cautum esse inuenimus.*

Ex his iuribus diuersis adparet, quod in Germaniae re-
gionibus privilegium, a nobis memoratum, valeat; illud ta-
men non minus aliis in prouinciis, querum iura silentio id
praetermittunt, tanquam ius non scriptum obtinere, ex
consensu ac consortio iurisconsultorum colligimus, qui il-
lud tradunt. Sufficiat hac de re allegasse io. ERVNNE-
MANNVM a) aequae ac CHRIST. PHIL. RICHTERVM; b)
cum iis tamen iurisconsultos HELMSTADIENSES, c) AVG.
DE BALTHASAR, d) IO. ANDR. HOFMANNVM, e) IAC.
FRID. LUDOVICI f) ac multos alias coniungere possumus,

a) in process. concursi credit, aap. VII, §. 15.

b) de iure ex privilegio creditorum. Disp. IV. Membr, IV. et Disp.
V. Membr, V,

f)



- a) Sper. 984. Med. I.
- b) collat. iuris communis cum iure Saxon, Lubecensi et Mecklenburgico
quae classificat. creditor. p. 31. 59.
- c) in der deutschen Reichspraxi, tom. II.
- f) loc. cit.

§. XIX.

*Dispositio iuris Lubecensis de priuilegio medicorum in
concurso examinatur.*

Quum, quid intuitu legum prouincialium de priuilegio medici in concurso cautum sit, cognoverimus, nostrum et erit examinare, quid ex iure patrio hac de re sit dispositum. Extra omne dubium id esse videmus, in iure Lubecensi nullibi priuilegii medici mentionem fieri, ast negari tamen non poterit, quod nullum tribuat claris verbis medico priuilegium. Quae quamuis ita se habeant: optimus interpres iuris lubecensis DAVID. MEVIVS a) ea, quae de sumtibus funeris cauta sunt, ad nostrum medici extendenda esse tradit. Lubetur illud quoque aliis dispositionibus prouincialibus, qui medici priuilegium cum sumtibus funeris equiparant, modo sint legitima, et in ultimo morbo contracta. Colligitur id optimo cum iure ex Decretis Amplissimi Senatus de 1629. d. 4. Nouembr. et ann. 1753. vbi salario medicorum et debita in ultimum morbum contracta in prima constituuntur classe. Quod vero intuitu



vtimi morbi debitum sit factum, requisitum est necessarium,
neque id, quod de isto valet, ad alia debita est extendendum,
ita ut et medicus ratione anteriorum morborum in pari classe
de iure haud sit ponendus, sed potius intuitu eorum debito-
rum ad classem chirographariorum creditor erit ablegandus.
Neque minus illud de pharmacopola, de chirurgo, tonsore
et iis, qui aegroto a latere fuerunt, de iure valere, ex Decreto
ann. 1674. iudicatum esse accepimus. b) Sed et adhuc qua-
ri poterit, vtrum debita a pharmacopola intuitu anteriorum
morborum contracta, indistincte ad debita creditorum perso-
nalium ablegari debeant, ibique certa sub distinctione va-
ria erit formanda responsio. Quodsi enim pharmacopolia
publicis sumtibus fuerunt instructa, vti e. g. die Raths-
Apothecken, intuitu eorum, quanquam debita ratione an-
teriorum morborum fuerunt contracta, iure tamen praela-
tationis gaudent, quia ad debita ciuitatis sunt referenda, et
in secunda classe ex iure lubecensi collocantur. c) Si vero
pharmacopolia publicis sumtibus instructa non sunt, id,
quod de iis in praecedentibus affirmatum fuit, et ex iure
Lubecensi non inepte affirmari poterit.

a) comment. in *Jus Lubecens.* loc. cit.

b) Vid. 1. GUILIELM. SCHVMACHER in diff. de prudentia le-
gislatorum Lubecensium in colloquandis creditoribus concurrenti-
bus. Scft. II. §. 23.

c) Vid. *Jus Lubecense Libr. III. Tit. I. art. XII.*

Conf. et SCHVMACHER loc. cir. §. 14.

§. XX.

S. XX.

Quaeritur : an dominus obstrictus sit honorarium pro seruis praestare ?

Occurrit mihi adhuc quaestio examinatione digna, quatenus nempe domino incumbat pro cura seruorum ancillarumue medico honorarium exsolvere. Hanc ad enucleandam questionem necessarium erit in conditionem seruorum hodiernorum, imprimis eorum inquirere, qui in Germania reperiuntur. Dantur enim extra Germaniam seruitutes, quae non multum a Romano differunt mancipio ; *Lituania, Curonia, Polonia*, huc luculenta praebent exempla. Si igitur seruus nullam habet proprietatem, sed omnia domino acquirit, iustissimum est, ut dominus propriis impensis curet seruum aegrotum, quippe qui tanquam homo, cum domino per nexum herilem coniunctus, postulare potest, ne herus contra conseruationem suorum agat. Insuper et omnis homo commoda cum incommodis connexa perferrere debet, quae lex profecto quum obligat, ob eandem et generalem rationem dominum quoque obligat. Serui autem Germanorum multum a Romanis distantes, vel proprii homines sunt, vel *conductiti*. Intuitu priorum domino nil aliud cedit, quam quod pacto aut consuetudine fuit constitutum, et plerumque in quadam parte bonorum consistit, reliqua vero ipsis iure proprietatis acquisita sunt ; hocque in casu dominus non obstringitur honorarium pro cura seruorum exsolvere. a) Id quod et eo

G

magis



magis de *conductitiis* est affirmandum. Hi enim quum pro certa mercede domino operas praefant, omniaque nisi intuitu operarum conductarum adquisita ipsis salua manent, domino non incumbit perfecta obligatio soluendi honorarium medico, pro cura conductitiorum. At si aequitatem respicimus, contrariam esse ferendam sententiam existimare, praesertim si operas domini cum periculo sanitatis coniunctas suscipiens, in morbum incidit seruus. Corroborat id non solum lex ciuilis b) quinimmo et in foris meam sententiam approbatam esse video. Ita enim mens. Iun. 1721. ad consultationem Senatus Torgauiensis in causa des Schmiede-Handwercks contra ihren Mitt-Meister N. decisum esse legimus: *Es ist Beklagter gestalteten Sachen nach, und in Anschlung des einen Theils, der Billigkeit nach, die sumtus curationis von dem domino zu reichen, andern Theils der Beschädigte G. S. seinen Schaden, in dessen Diensten, da zumahlen er zu einer gefährlichen und ihm sonst nicht zugehörigen Arbeit gebrauchet worden bekommen, mit dem Wund-Arzt des Heilerlohnus halber sich zu vergleichen, sowohl dem Schmiede Handwerk die auf dessen Bekämpfung aufgewandte Unkosten zu erstatten schuldig.* c)

b) Eiusmodi enim genus hominum inuenitur in Bohemia, Moravia, Silesia, Lusatia, Palatinatu, Aegonia, Hassia, Westphalia, Dacca Megapolitano, Holsteinia et Pomerania. Vid. WALDSCHMID de hominibus propriis hassiacis. BALTHASAR de origine ac conditione hominum propriorum; in Pomerania, Conf. POTGIERSBURG de statu et conditione seruorum. MEVIVS vom Zustand und Abforderung der Bauern.

63

b) Vid. L. 4, §. 5. D. de *statu liberis et STRYK ad compend. Jur.*
Lauterbach, sit. loc. cond.

c) Vid. A WERNHERR. Libr. cit. P. VIII. Obs. 107.

§. XXI.

Conclusio.

Ex praecedentibus apparet, priuilegium medici intuitu honorarii solum ex legibus specialibus, ac multis in locis yisu ac praxi esse constitutum, nec ex iure communi deriuari posse. Rite itaque ac legitime in concursu a iudice procedi putarem, si in locis vbi ex legibus prouincialibus, aut ex yisu et consuetudine medico nullum sit tributum priuilegium, ad ius commune recurrat, et honorarium medici postponat omnibus creditoribus expressam aut tacitam hypothecam habentibus, aut omnibus quibus ius crediti praeципuum ex legibus fuit concessum. Quod enim nemini invito ius suum auferri queat, iuris ciuilis est regula; quae sane laederetur, si iudex solo arbitrio medico tribueret priuilegium praे alii creditoribus, quibus leges concedunt priuilegium crediti indubitatum. Quare laudandi sunt Viri fama ac eruditione excellentes, qui medico ex legibus ciuilibus nullam praerogatiuam tribuunt, quibus ego quoque tamdiu adstipulor, donec contrarium grauioribus rationibus, quam hucusque factum, fuerit demonstratum. Interim finem meae dissertationi impono. Spero simul atque qua decet obseruantia lectores rego, ut specimen hoc academicum proprio Marte elaboratum, benevolenter suscipiant, id quod praemium erit diligentiae maximum.

F I N I S.

G 2

CON-

CONSULTISSIMO AC DOCTISSIMO
C A N D I D A T O

S. P. D.

P R A E S E S.

Erat ii saltē medici praeemiis digni videantur, quibus ad salutem nostram; neque ad necem viunt; libello tamen rōo, quo iam ad honores tibi ab illustri iurisconsultorum ordine decretos paras, privilegium explicas, quo medici fruuntur, vbi haud cum successu aegros curant. Lectu profecto digna sunt, quae profers atque utilitate sese imprimit comendant; simul autem documentum amplissimum exhibent singularis juris scientiae, quam tibi nostra in rea demia adquisivisti. Iam dudum mihi admirari licuit incredibilem ardorem, quo legitimis disciplinis operam nauasti, ac singulares progressiones, quas in iis fecisti, quum recitationes meas frequentares meque comite simul in arte ex actis referendi, atque alios labores iudiciorum peragendi, nequeminus de iure disputatione exerceres: sed iam in publicum prodis, ac fructus, quos teuisti, ratis ex vigiliis ac laboribus capis uberrimos. Lector ex animo, SAVISSIME AMICU, quod officium praefidis rōo in conflitu litterario solenni mihi sic demandatum; neque id recuso, sed libenti animo in me suscipio, et testis ac spectator sim laudis, quam ex hoc certamine es reportaturus; ac simul dignitatem, qua condecoraberis, publice TIBI gratuler. Deus vero optimus maximus te in posterum saluum ac incolunem praestet, omnia que suscipes, fortunet, atque ad patrios l̄res feliciter te reducat. IENAE, d. XIX. Sept. ann. reparat. salutis, c. 10 CC LXXIIIZ.

VI.

VIRO
CLARISSIMO DOCTORANDO

AMICO SVO OPTIMO

S. P. D.

D. HENR. GODOFR. SCHEIDEMANTEL,
P. P. O.

Quinquennio academico, more maiorum feliciter peracto, quae singulari cum diligentia diversorum artium scientiarumque genera luogabiliter didicisti, iamiam publicis scriptis sufficienter demonstras, honoremque dudum tibi debitum consequeris. Si ri aliter hoc non posse. statim ab initio facile angurabar. Qui enim indefessam industriam cum moribus bene probeque exculis coniungit, nunquam inanis discedit a nostra literarum mercatura. Hinc nequco, quin non solum ex animo tibi gratuler, sed etiam faustissimes atque uberiores fructus, tanquam premia optime promerita ingenue adprecer. Vale mihiique fave. Scribent. IENAE d. XXII. Sept. A. O. R.
EIO 10 CCLXXXIII.

VIRO PRAENOBILISSIMO
SVMMORVM IN IURE HONORVM
CANDIDATO

DIGNISSIMO

S. P. D.

D. IO. BERN. CHRIST. EICHMANNVS
CURIAE PROV. SAXON. COMMVNIS ADVOCAT.

Tanto studio litteras et praesertim tosus legitimae campum coluisse
scientiae ut profecto summan ac virtutis TUA E veram laudem ex
academia nostra reportes in patriam. Fere singulis eximias TUA E
adskillitatis et diligentiae ante aliquot tempus testis fui, ac te ea
animi alacritate semper deprehendi in disputando ut iam magna ad-

hacit voluptate i. t'z, amicos optimè, ante abitum TUVIA summis in
iure honoribus videndi ornatum. Certe fama meritorum TVO-
AVM patriam implet, ac te cupidissime expectat; Optempera voci
patriae, forsan ea est vox fortunæ. Sicut id spero ita et opto ut
clementia diuina TE salutem atque incolument seruet, ac ut me studio-
sissimum T VI amer. Ienae die XXVII. Septemb. A. R. S.
CIOCCCLXXIII.

VIRO
CONSULTISSIMO ATQVE DOCTISSIMO
HVIUS DISSERTATIONIS AVCTORI
PRAESTANTISSIMO
AMICO SVO AESTVMATISSIMO,

S. D. P.
CHRARDT. FRIDER. L. E. DE ET IN MANNSBACH
EQV. S. R. I. IMMED. FRANCON.
OPPONENS.

Dicitur iam prouerba TIBI nunc deferuntur virtutis ac solertiae
TVAE praemia, summi nempe in iure honores. Absoluisti enim iam,
VIR CONSULTISSIME, quinquennium Studii iuris, et per id tem-
pus regiam iniusti viam, ab initio TIBI non solum indefessae diligen-
tiae regulam, sanctissime obseruantem, propomens, sed quoque mo-
rum suavitatem, humanitatem et elegantiam caeteros longe superans:
Nunc aggrederis defensionem libelli a TE compositi elegansissimi,
enius defensionis dexteritatis applaudent certe omnes, applaudam et
ego; nec in eo adhuc subsistit, sed consummasti apud Tz, post supre-
mos in iure honores obtentos, TE praefacie alias longe difficultinam
iuris materiam eruditis ad ventilandum proponere. Gratulor TIBI
ut que ex animo, VIR CONSULTISSIME, de tam praelare ei ho-
norifice gestis rebus; gratulor patriæ de eius, summo honoris fa-
stigio digno. Vale mihique fave. Dab. Ienae IX. Kalend. Octobre.
A. O. R. CIO CC LXXIV.

II-

V I R O
P R A E N O B I L I S S I M O N E C N O N C O N S U L T I S S I M O
DANIEL. HENR. HASENTIEN
R E S P O N D E N T I
A M I C O S V O C A R I S S I M O
S. P. D.
HENR. DANIEL WUNDERLICH HAMBVRG.
O P P O N E N S.

Quod, amicē perquam dilecte, dīo multumque optauī, vt scilicet occasio, qua obseruantiam TIBI meam summuñque erga TE amoreū palam testificari possem praeberetur tandem, fausto hoc mihi obtigit die, quin TE et virtutis luminae et eruditioñis laude honoreque ornatum, doctissimum specimen TVAE eximiae diligentiae edere TE parantem, videam. Om̄issas facio optimas illas dotes quibus numen benignissimum instruere TE voluit; om̄issum facio ingenii TVI acumen; om̄issam facio egregiam TVAM in variis ediscendis artib⁹ cupidinem; silentioque tandem praetereo singularia TVA que inter omnes constant merita. Hoc vero omittere nequeo, quod TV iam talem TE gesseris virum, vt omnes omnino sciānt quod de TE sperare possit alma vrbis, patria TVA. Gratulor igitur omnibus TVIS; gratulor omnibus ciuiis de novo illo quo TV adficies illos honore; gratulor et denique mihi de amico optimo et praestantissimo, de cuius animi integritate, et fide et erga me amore persuasus sum. Quare Deum T. O. M. precibus implorabo quotidianis vt TE atque omnes qui villo aut cognationis aut propinquitatis iure TE attingunt conferuat saluos atque incolumes. Omne TEBI felix saufumque sit; nilque nisi gaudia vitac TVAE vestigia sequantur. Mihi si denique aliquid abs TE expetere licet, nil aliud est nisi id, vt in futurum tempus mihi etiam faucas, TVO que amore TVA que benevolentia me semper dignum iudiceret. Vale! Dabam lenae d. XXIV. Sept.

M D C C L K K I V.

H 2

Ich

Ich sah Dich Bester ! wie Du die lange Fahrt,
Die zu dem goldenen Tempel der Themen führt,
Muthig betrast mit dem Entschluß,
Nicht vor erreichtem Ziel zu ruhen.

Nicht die Beschwerde, vor der nur Feige steht,
Hielt Dich von dieser ruhavollen That zurück.
Wer wird die Rosenknospe brechen,
Wenn er der Dornen Stachel scheut ?

Für diesen Eiser (Heil Dir mein Zasentien !)
Reicht Dir die Göttin heute den Lorbeer hin,
Der noch zu Deiner Ehre grüner,
Wann Dein Gebell längst Asch und Staub ist.

Wie schwollt mein Herz mir an diesem frohen Tag !
Möcht ich doch immer, Freund ! Dich so glücklich sehn !
Auch dann , wann Du des Vaterlandes
Nahm, und bedrängter Waysen Trost bist !

Segen der Gottheit ströme auf Dich herab,
Und mach Dein Leben heiter und Freudenvoll :
So wie dem Wandeer, der der Ruh
Durch Nachtigallenwälder zueilt !

hiedurch statet
dem Herrn Doctoran den
seinen redlichsten Glückwunsch ab
Dessen
ergebenster Sohn
M. E. Kroeger,
B. N. B. aus Lübeck.

VIRO

V I R O
C O N S U L T I S S I M O A T Q V E D O C T I S S I M O
H V I V S D I S S E R T A T I O N I S A V C T O R I
P R A E S T A N T I S S I M O
A M I C O S V O A E S T V M A T I S S I M O
S. P. D.
L V D. S V H L , L V B E C E N S I S .

S. E. C. S O C I E T A T V M I E N E N S . L A T I N A E A T Q V E
T E V T O N I C A E S O D A L I S O R D I N A R I V S .

Vt appareat, quanta apud me sit amicitiae tva et aestimatio, quae vel locorum, vel temporum distantia tantum abest, ut minuantur, ut potius indies magis magisque crescat, accipias quoquo hanc qualemunque, ex intimo tamen pectori profectam, amoris mei tessigam. Haud ita pridem, quoniam esset mihi discedendum, ex Atheneis Salanis, nunquam non nostrum utriusque suauissimis, ora mea lacrymis inadiebant insilvis, potissimum quoque idcirco, quod tua praesente amicitia carere inberer. Nescio enim, quo fato tibi contigerit, vi in te sit, virtutum illarum omnium, quem singulis rarissime quidam gaudet, tam amico coniunctio. Quos inter animi candor eximus, optimarum ingerii dotum vlus laudissimus, integritas virae, morum elegantia atque cetera omnia quae

specatum virum et probatum omnibus faciunt; in talium ceteros,
qui te cum viuunt, TVI admirationem rapiunt, ut quicquid de-
trahere anheleno inuidi nonnulli atque inimici homines, (quibus
optimus quisque plurimum abundat) operam perdant. Quos ho-
die carpis assidui per sexennium fere adhibiti laboris, si quis alius,
TV sane mereris. Macte iam TVA virtute reuertere in Patriam
nobis communem, dulcissinam, que te dudum expectans, non
poterit non de tali eiue laetari, neque vero animum paterno fune-
re nimis contristari sinas, sed laeta fronde occurras, campis quo-
rum aspectu mihi nondum licet frui. Vtinam liceret! Memoriam
vero mei ut nunquam animo TVO excidere patiaris, non est, quod
precer, tanta est mei de TVO arga me singulari fauore persuasio.

Vale ! Dabam Lipsiae d. xxi v. Sept.



Errata quaedam primae plagellae dissertationis.

pag. 2. lin. 11. loco tantum sunt lege sine. pag. 3. lin. 1. Decimi
lege Decimii. lin. 12. colligias l. collyria. lin. 13. confienda
l. conficienda. lin. 24. Nigrii l. Nigri. pag. 5. lin. 10. ex-
stiteret l. exsisterit. pag. 6. lin. 14. conspirasse l. conspirassent.
pag. 7. lin. 11. quidem l. quidam. lin. 16. conueniat l. con-
venie.

annorum illib. catalogis, modice: multaque, sicut: A.

Jena, Diss.; 1772-74



56.



DISSE^TAT^O IN AVGVRALIS

D E

PRIVILEGIO MEDICORVM
CREDITORVM IN CONCVRSV

Q V A M

RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO
D O M I N O

C A R O L O A V G V S T O

D V C E S A X O N I A E , I V L I A C I , C L I V I A E M O N T I V M ,
A N G A R I A E E T G V E S T P H A L I A E R E L I Q V A
E X I L L V S T R I S I V R I S C O N S V L T O R V M O R D I N I S
D E C R E T O

P R A E S I D E

C A R O L O F R I D E R . W A L C H I O

I V R . D O C T . A C P R O F . P A N D . O R D . S E R . D U C I S S A X . G O T H A N I A C
A L T H R B V R G . A C O N S I L I I S A V L I C I S , C V R I A E P R O V I N C . C O M .
S C A B . C O L L E G I I E T I V R I S C O N S . O R D . A S S E S . S O C . L A T . I E -
N E N S I S E P H O R O A T Q U E A L I A R V M S O C . L I T T . C O L L E G A

P R O L I C E N T I A

S V M M O S I N I V R E H O N O R E S C O N S E Q V E N D I

D I E X X V I I I . S E P T . C I C I O C C L X X I V .

P V B L I C A E E R V D I T O R V M D I S Q V I S I T I O N I S V B M I T T I T

A V C T O R

D A N I E L I S H E N R . H A S E N T I E N

L V B E C E N S I S .

I E N A E

L I T T E R I S H E L L E R I A N I S .

1714, 2

17